



Sub dei nomine et eius gratia. Ego Adelfonsus dei gratia imperator. una cum coniuge mea imperatrice domina berengaria. gratia animo. et uoluntate spontanea. nemine cogente. facio cartam donationis. et confirmationis. omnibus christians qui hodie in toledo populati sunt uel populari uenerunt. mozarabos. castellanos. francos. quod non dent portaticum in toledo neque in inquitu neque in exta. neque in tota mea terra de totis illis causis quas comparauerunt uel uendidierunt. aut de alio loco secum adduxerunt. Illi uero homines qui cum mercadibus ad terram maiorum de toledo exeuntes perreperunt. dent suum portaticum secundum suum forum. Super hoc scito illis quod ab isto die in antea non dent regi terre alios neque alio homini. de pane. de uino. neque de alio labore quem fecerunt.

Illis foros quos supra diximus dono et concedo omnibus illis christians qui in toledo habuerunt casam. et hereditatem. et mulierem. ut habeant et teneant illos ipsi et filii eorum. et omnis generatio sua presens et futura. iure hereditario in sempiternum.

Quicumque igitur hoc meum scriptum infringere. siue de meo uel alieno genere fuerit. sit a deo et sanctis eius maledictus et in inferno cum uida christi proditore sine fine damnatus. et cum datan et abiron quos iherosolima terra absorbit uariis quicquidibus apud iherosolimam moriturus. et insuper peccet regi terre mille libras auri. et carta firma semper remaneat.

Facta carta in coenqua. xv. id est aprilis. Era. m. cc. lxxv. Adelfonso imperatore imperante in Toledo Legionem. Saragoza. Maiara. castella. calicia. Ego imperator Adelfonsus hanc cartam quam iussi fieri in anno secundo quod coronam imperii primitus in legionem recepi. confirmo. et manu mea approbo.



R amundus toletanus archiepiscopus
 P efracobienensis episcopus
 B ongricus salamanicensis episcopus
 P efr legionensis episcopus
 P efr caeciliensis episcopus
 R obert asturicensis episcopus
 P efr palentanus episcopus

Infans dña sancia soror imperatoris
 R odricus martinez comes legionensis
 R odricus gomez comes salamanicensis
 P rimeric comes burgalensis
 S uerius comes asturicensis
 G onsaluus comes

Guter ferrandez maior domus
 R odric ferrandez
 Almaric alferiz
 Lop lopez
 Ordon gustiez
 O sori martinez
 O denda bosin
 Michael feliz merin in burgis
 Diego munoz merin in castione

Gualdus scripsit hanc cartam iussu magistri hugonis cancellarii. i - m - p - e - r - a - t - o - r - i - s.

